

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae neregum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelinii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum eundem pronuntiata.
- XXIII. Epigrammata Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnias
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jenerum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

EPISTOLÆ METRICÆ

Votum nuncupatum nuptiis

Viri-juvenis doctrinâ, virtute, usuq;  
rerum non parùm exculti, & ob  
id honoratissimi

DN. IEREMIAE

U D E N.

Matrimonium contrahentis cum  
lectissimâ pudicissimâq; Virgine

R O S I N A

Viri magnifici consultissimiq;

DN. VVOLF GANGI HANEN

J. U. Prolytæ, Archiepiscopalis Magdeburgici  
Scabinatus Senioris circumspèctissimi:  
nec non Hallensis Senatus Syndici  
prudentissimi filiâ:

*Celebratis*

*Die 11X. Februarii, Anno χρ̄ιστογολιας*

*M DC XIV.*

SERVESTÆ

Excudebat Zacharias Dörfferus.





Dialogismus metricus

Heri cujusdam cum suâ Epistolâ

προσωποποιητῆ.

HERUS.

**H**uc ades: Et laxos succingere Epistola lumbos,  
Atq; pedes ocreis indue, teq; para:  
Nam proficiscendum est tibi per miliaria quinque  
Hallam Saxonie nomine per celebri.  
Est mihi fidus eâ JEREMIAS UDEN in urbe,  
Affinis nota præcipueq; nota:  
Ille meis verbis tibi conveniatur oportet,  
Quòd mihi nunc ad eum non sit adire potis.

Epistola.

O quid agam peregrè lacero deformis amictu:  
Nam quod amicit me, nil nisi vile quid est.  
Unde verecundor quoquàm prodire sub ullos  
Dignorum aspectus intuitusq; virum.  
Et novi, quòd ibi sint docti, sintq; periti,  
Qui speciosarum vestium honore nitent.

A 2

Ad



*Ad quorum vultus, simul ac me cerneret ullus,  
Tingeret in facie me rubor atq; pudor.  
Atq; redundaret sic in te dedecus istud:  
Ergo mihi parcas hocce labore via.*

*Herus.*

*Jam nequit hoc fieri, quod poscis Epistola, prorsus;  
Sed faciendum iter est, quod tibi proposui.  
Et serua non est Domino prescribere metas,  
Quid praetermitti debeat, aut quid agi.  
Quod praetendis enim, te vili tegmine opertam,  
Non erit id tanti, hinc ut mea iussa neges.  
Vir pius & sapiens hominem non aestimat inde,  
Extra vestitus quam bene vel male sit:  
Sed videt, an bene vel male sit moratus; & inde  
Judicio facto laudat & improperat.  
Ut sint Hallenses preciosam veste decori  
De foris: ast intus mitia corda gerunt.  
Sunt multi experti: quod ego quoq; comperi abunde:  
Tu saltem credas; experiaris idem.  
Talis & in primis meus est affinis, ut ipsum  
Nec laudare satis, nec sat amare queam.*

*Susci-*

*Suscipias iter ergò, quod & tibi munus adapto,  
Acceptà peragas sedulitate mihi.*

*Epistola.*

*Non renuo factis prestare fideliter omne,  
Quicquid herile mihi jusserit imperium.  
Instrue tu linguam verbis modò pluribus, ut sint,  
Quae loquar & faciam, praemeditata mihi.*

*Herus.*

*Ritè mones: Etenim servus servare tenetur  
Verba diserta sibi praecipientis heri.  
Idcirco advertas aures. Ubi veneris illò,  
Illicò quære, in quà mansitet ille domo:  
Istas monstrabit de plebe vel infimus edes:  
U D E N U M nomen claret in urbe satis.  
Introgressa domum linguà reverente saluta,  
Quotquot iis homines adibus esse vides:  
Et pete, si Domino placeat te admittere, vel si  
Ipse venire velit: Par sit utrunq; tibi.  
Aspiciens ipsum reverenter poplite flexo,  
Admotaq; ori sint tua verba manu:*

A 3

CLA-

CLARE vir ingenio, & virtutum dotibus aucte,  
Judiciiq; gravis dexteritate valens:  
Huc me misit herus meus (est tibi nomine notus  
JHANNES STARCK: civis Dessaviensis is est)  
Injunxitq; mihi, ut jubeam salvere salute  
Te verâ, longos continuante dies.  
Et grates agit is, quod civeris efficiundos  
Fœderis ad ritus connubialis eum:  
Ac gratatur ovans tibi ad id prosperrima quæq;  
Sic in mente gerens, sicut in ore sonat.  
Auspicium felix, in medium felicibus; utq;  
Prosperior vitæ meta duobus eat.  
Huic adsit juri CHRISTUS sociator amoris,  
Fœdus & ipso se conjugiale beet.  
His epulis adsit quoq; connubialibus idem:  
Omnia nam, CHRISTUS cui benedicit, habet.  
Hic ipsas mutare undas in vina, Falerno  
Vel vino quo vis nobiliora potest.  
Hic undas animi vitiorum labe fluentes  
Vertit in Ambrosiam Nectareamq; Fidem.  
Hunc tibi fautorem Dominus meus optat adesse  
Perpetuò, largas ut tibi fundat opes,

Fun-

Fundat opes animi, quem dives adimpleat omni  
Cognitione DEI, speq; fideq; sui.  
Corporis & bona det, sanos recteq; valentes  
Conseruet, morbus semper abesto procul.  
Deniq; fortunas fortunet is atq; secundet,  
Seruandi cupidâ pro bonitate suâ.  
Det vobis charæ felicia germina prolis,  
Cujus & amplificet posteritate domum.  
Dirigit is quoq; vos opibus rem multiplicando,  
Queis tum vestra domus, tumq; iuuetur inops.  
At quid te multis moror, ornatissime Sponse?  
His me sermonem claudere iussit Herus:  
Sit bene, Sponse, tibi: tibi sit bene, Sponsa: nihilq;  
In thalamum vestrum, quod malè vexet, eat.  
Sit pax inter vos: sit amor, quem finiat ætas  
Nulla nec hac vitâ, quæq; futura manet.  
Non minus & socrui benè sit soceroq; perito  
Juris, quem celebrat splendida fama virum.  
Optat, ut ipse virum tantum cognoscat, & illi,  
Quæ prestare queat, deferat officia.  
Tandem iussit, ut hoc complecterer omnia verbo:  
Et toti domui sit benedictio par.

Episto-



Epistola.

*Mi Domine: At qui si me percontabitur ille,  
Cur tu non praesens gratificeris ei;  
Quid respondebo? Ratio est reddenda: quia isthuc  
Invitatus es ad conjugiale epulum!*

Herus.

*Ipsa meas nosti rationes. Fortè rogata  
Dic quod scis; salvo semper honore loquens:  
Quòd me di vexet Tussis, Raucedo, Gravedo:  
(Salvâ personâ, sunt mala digna cruce:)  
Quod dubii caeli accedat mutatio crebra,  
Corpora mutantis pro ratione sui.  
Et quòd ob id nequeam dubio me credere caelo  
Apparenti se tot variare modis.  
Absens sarturus quod sim pia vota ferendo  
Ingressus thalamum, corpore quod nequeam.  
His contentus erit rationibus atq; quiescet,  
Nec dabit id vitio, quod nequit esse aliter,  
Sit letus cum convivis hilarisq; loquendo;  
Potandis villis; tripudiante choro.*

Basiet

*Basiet is sponsam; dissuadet; oscula figat;  
Lusitet in sua vi dulce sua ve thoro:  
Faxit, post menses bis quinq, canatur ovando  
EIA: te capiat belle puelle sopor.*

*Epistola.*

*Quicquid mandatum est, HERE, sum factura li-  
Injuncto officio deq, futura minus. (benter,  
Sed venus atq, nitor mihi desunt: obsita pannis  
Non habeo, dignum hoc quod queat esse viro.*

*Herus.*

*Hic vir non habitum spectat: non haeret in ore:  
Basiat ille animi pro dita signa pii.  
Imodo, nec tergi-versare diutius: hora est:  
Et nauci ac nihili verba facesse procul.*

*Heus, dabo adhuc unum, quod agas. Sermone per a-  
Comiter & Sponsum nomine posce meo, (eto  
Fratribus UDENIS: HILTMANNO, OEMISq, duo-  
Fausta salutando dicere verba velit. (bus  
Quin & conjugibus velit omnia fausta precari.  
Quae fieri pietas officiosa jubet.*

*B*

*Episto-*

Epistola.

En abeo: felix sit iter, quod mandor inire:  
Qualis erit tibi laus, experiēris, H E R E.  
Excusata ego sum: tua te sententia vicit:  
Te decet imperium: me decet obsequium.

Herus.

Omne vade bono pergens feliciter Hallam,  
Pectora deprehendes candidora nive:  
A quibus, ut pia vota ferens, bene suscipiēris.  
Omnibus his actis dic remeando, V A L E.

Observabo diem, quo Dessae egressa fuisti:  
Scilicet Octava ut Februa lux micuit.  
Sole Poli pisces feliciter ingrediente,  
Signum multijuga fertile pro genie.  
Cum numeraretur tum Sexcentus annus  
Et decimus quartus, millibus antevolis.

F I N I S.



IX



Id 4206  
g

ULB Halle 3  
004 167 287





f  
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,  
da Hschr. +90

24 VD 17  
E-14  
120-By  
Jul. 01  
M







LVII.



ETRICÆ

m nuptiis

virtute, usuq;

culti, & ob

mi

MIAE

N.

rahentis cum

q; Virgine

NA

ultissimiq;

GI HANEN

alis Magdeburgici

um spectissimi:

atus Syndici

iliâ:

χειρονομίας

V.



Æ

s Dörfferus.



26

